



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Pro quo sit prius celebrandum, quando pro multis simul quis debet §. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

## §. V.

*Pro quo sit prius celebrandum,  
quando pro multis simul  
debes.*

1. **D**at tibi elemosynam manualem Petrus pro decem Missis , dat Paulus item similem stipem pro aliis decem , nec alterutri anterioritatem promittis (tunc enim non est dubium promissioni tibi standum esse) pro quo prius satisfacias pro Petro , an pro Paulo?

Respondeo, pro quo velis. Ratio est , quia cum ex dictis c. i. §. 9. n. 4. habeas latitudinem duorum , vel trium mensium , in quibus satisfacere vales, potes quem volueris intra idem tempus anteferre.

2. At quis æquius præferetur § Respondeo , certe qui prior petiit juxta Reg. juris. Qui prior est tempore potior est jure , nisi propter aliquam

CIP

circumstantiam caritas contrarium  
persuaderet.

Aliqui a censuerunt aequum esse,  
ut alternatim ejusmodi oneri satis-  
ficeret, ita scilicet ut uno die celebre-  
tur pro uno, altero die pro altero, &  
sic vicissim ad finem usque, quod  
certè est probabile.

3 Petes: in hoc casu ritene satis-  
faceret Sacerdos, si celebraret vi-  
giori Missas in communione simul pro  
Petro, & Paulo, qua ratione in sin-  
gulis Missis dimidium fructus ob-  
veniret uni, & dimidium alteri? Re-  
spondeo. Id non approbarem pro-  
pter varias rationes, quas vide apud  
Fraxinellum, b sed maximè propter  
voluntatem potentium, qui dum pe-  
runt à te tot Missas, cum fructus se-  
parationem, tum communionem  
cum aliis excludere videntur.

Quis-

a Fraxin. de Sacr. oblig. sec. 4. conch  
4. §. 3 n 2. referens Bonac. aliosque.

b Fraxin. ib, n. 1.

CAP. III. §. VI. 829

Quisnam æquius præferatur, si quando Ecclesia plures pluribus Missas debet, & non potest omnes celebrare , dicam infra cap. 5. §. 1. n. 4.

§ VI.

*De dispensatione quoad tempus:  
remissive.*

1. **C**irca hoc, Dico eundem Superiorem iisdem de causis posse dispensare in tempore , qui potest in loco, nam propterea recole, quæ dicta sunt sup. c. 2. §. 2.

CAPUT IV.

*De Capellano celebrante  
per alium.*

§. I.

*Quando quis potest celebrare  
per alium;*

1. **S**it unica regula. Quoties Fundator non ponit hanc clausulam